



Per.  
Lat  
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER  
REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR.  
Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1937-38. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis (Coupon réponse international appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.


## Iustitia regnorum fundamentum.

Anno 1918, cum Wilson praeses Americanorum dixit populis ius<sup>1</sup> decernendi<sup>1</sup> de sese<sup>1</sup> dandum esse, omnes sperabant fore, ut hoc ius mox populis datur. Sed haec spes vana et irrita<sup>2</sup> fuit. Multi enim Germanorum, Polonorum, Hungarorum aliorumque populorum sine populi<sup>3</sup> scitu<sup>3</sup> exteris nationibus adiuncti propter condiciones pacis inhumanas oppressi et vexati sunt. Nunc tandem quattuor viri Europae sapientissimi: Chamberlain et Daladier primi ministrorum Britanniae et Galliae, Hitler et Mussolini Duces Germaniae et Italiae in urbe Monaco<sup>4</sup> convenientes multarum — sed non omnium — iniuriarum finem fecerunt. Viginti annis ante Austria et Hungaria dissolutae sunt, ut — quemadmodum domini pacis imperatae dixerunt — nationes minores liberae fierent. Sed dehinc praecipue Cechoslovaciam dissensiones civiles quassabant,<sup>5</sup> nam autonomia ad exemplum Helvetiae, quamquam Parisiis sollemniter promissa, tamen nunquam nationibus minoribus data est. Nunc Germani, Poloni, Hungari partim iam redditi sunt veteri patriae, partim mox reddentur. Bohemos nunc tristes esse nemo admirabitur. At Cechoslovacia nunc tantum alienas nationes minores reddidit, quas antea nunquam, et novissime non plus 20

hunc annos possidebat, contra Hungaria anno 1919 non solum nationes minores, sed etiam prope 4.000.000 Hungarorum finesque, qui plus 1000 annos Hungariae fuerant, vicinis regnis tradere coacta est, quia pro rege et patria fideliter et fortiter pugnaverant.

Germani, Poloni, Hungari et omnis Europa gratias debet quattuor viris supra dictis pro pace conservatâ quam maximas et sperant fore, ut concordia 4 magnarum nationum nunc demum<sup>7</sup> restituta pignus<sup>8</sup> melioris fortunae futurae non solum Europae, sed etiam orbis terrarum sit. Nos autem Hungari id semper summi beneficio loco ponimus, quod Hitlerius Dux unâ cum Mussolinio Duce — primo post bellum mundanum propugnatore desi-

deriorum nostrorum nationalium — nobis patroni tam aperti et efficaces exstiterunt.



<sup>1</sup> önrendelkezési jog  
= Selbstbestimmungsrecht  
= le droit de disposer de soi-même <sup>2</sup> hiábavaló  
= vergeblich = vain <sup>3</sup> népszavazás = Volksabstimmung = plébiscite <sup>4</sup> München = Munich <sup>5</sup> meg-  
rázkódtat = zerrütten = ébranler <sup>6</sup> csehek = Böhmen, Tschechen = Tchèques <sup>7</sup> végre = endlich  
= enfin <sup>8</sup> zálog = Pfand  
= gage



## LECTORIBUS MINIMIS.

### locosa.

Ioca discipulorum gymnasii Academici Budap.

1. Discipulus obvius<sup>1</sup> fit<sup>1</sup> in via pastori parvo duos boves agenti. Tunc pastori illudens<sup>2</sup> interrogat: «Quo itis vos tres?»

«Eo illuc, unde quartus venit» respondet ille.

2. Duo amici inter se occurrunt.<sup>1</sup> «Iam duas noctes non potui dormire; — dicit alter — quam<sup>2</sup> primum<sup>3</sup> viginti milia nummorum mihi opus sunt.»<sup>4</sup>

— Cur te non ad me convertisti?

— Tu fortasse potes mihi pecuniam mutuum<sup>5</sup> dare?<sup>5</sup>

— Pecuniam non, sed habeo optimum medicamentum<sup>6</sup> narcoticum.<sup>6</sup> *A. Pallavicini.*

3. Maritus post venationem domum redit. «Ubi est, quod glande<sup>7</sup> confecisti?<sup>7</sup> — interrogat uxor. — In culina?»<sup>8</sup>

— Non, sed in valetudinario<sup>9</sup> — respondet venator<sup>10</sup> imperitus.<sup>10</sup> *B. Schäfer.*

4. «Cur maeres?»

— Medicus imperavit mihi, ut medicinam post cibum<sup>11</sup> vespertinum<sup>11</sup> caperem.

— Et fortasse non habes adhuc medicinam?

— Illam habeo quidem, sed cibum vespertinum non. *G. Steinhöfer.*

5. Iudex: Cur tecum fustem<sup>12</sup> tulisti? Nescis in iudicium<sup>13</sup> talia ferri non licere?

Reus: Iussu tuo feci, domine iudex, nam in vocatione<sup>14</sup> scriptum est me defensionem propriae consulere<sup>15</sup> debere! *A. Talán.*

6. *Familia elegans.* Sermo hospitem inter cenam:

A: Haec familia politissima<sup>16</sup> est, vide tantum, quomodo lintea resarta<sup>17</sup> sint.

B: Ita est, et praeterea haec lintea ego mutua dedi.

7. Re vera pulcherrimos libros habes. Rogo, ut unum vel alterum mihi commodes.<sup>5</sup>

Noli<sup>18</sup> mihi irasci,<sup>18</sup> sed libri commodati nunquam redeunt ad dominum. Uti vides, ego hic habeo thesaurum<sup>19</sup> vere rarorum librorum commodatorum. *Nicolaus Perczel.*

8. Homo ad puerulum flentem: «Cur fles?»

Puerulus: Quia fodi<sup>20</sup> fossam magnam et non possum domum ferre! *G. Gombos.*

9. *Medicus* dicit aegroto:<sup>21</sup> «Iam melius vales: facilius tussis.»<sup>22</sup>

*Aeger:* «Noli admirari! Totā nocte exercitabam.» *L. Kapus.*

10. *Magister:* Dic animal quoddam rarum in Australia!

*Discipulus:* Elephantus.

*M.:* At elephantus nusquam<sup>23</sup> vivit in Australia! — Ideo est rarus! *Andreas Vagács.*

11. *Medicus bonus. Dominus:* Ecce, tu iam mutus<sup>24</sup> es, ante caecus<sup>25</sup> fuisti!

*Mendicus:* Ita est, sed tum malleolos<sup>26</sup> braccarum<sup>26</sup> homines in pileum mihi dederunt.

12. *In Africā.* Venator Europaeus in Africā tractu<sup>27</sup> vehi<sup>28</sup> voluit. Cum autem ad stationem pervenisset, tractum abire videt.

— Quid hoc? — iratus graviter<sup>29</sup> increpat<sup>29</sup> praefectum stationis, — tractus hōrā septimā debet abire et nunc tantum hora sexta est et iam abiit!

— Noli irasci domine, ille tractus hesternus<sup>30</sup> fuit. *Ladislaus Mihálsik.*

<sup>1</sup> találkozik = begegnen = rencontrer <sup>2</sup> gúnyolódik = Spott treiben = se moquer <sup>3</sup> minél előbb = möglichst bald = le plus tôt possible <sup>4</sup> szükség van vmire = es ist nötig = j'ai besoin <sup>5</sup> kölcsönözni = leihen = prêter <sup>6</sup> altatószer = Schlafmittel = soporifique <sup>7</sup> löni = schießen = tirer <sup>8</sup> konyha = Küche = cuisine <sup>9</sup> kórház = Krankenhaus = hôpital <sup>10</sup> kocavadász = Sonntagsjäger = chasseur de pacotille <sup>11</sup> vacsora = Abendessen = souper <sup>12</sup> firkósbot = Knotenstock = gourdin <sup>13</sup> törvényszék = Gerichtshof = tribunal <sup>14</sup> idézés = Vorladung = citation <sup>15</sup> gondoskodni = sorgen = prendre <sup>16</sup> finom = fein = fin <sup>17</sup> foltozni = flicken = rapiécer <sup>18</sup> ne haragudj = sei nicht böse = ne sois pas fâché <sup>19</sup> kincstár = Schatzkammer = trésor <sup>20</sup> ásni = graben = creuser <sup>21</sup> beteg = krank = malade <sup>22</sup> köhög = husten = tousser <sup>23</sup> sehöl = nirgends = nulle part <sup>24</sup> néma = stumm = muet <sup>25</sup> vak = blind = aveugle <sup>26</sup> nadrággomb = Hosenknopf = bouton de pantalon <sup>27</sup> vonat = Zug = train <sup>28</sup> utazni = fahren = voyager, aller <sup>29</sup> ráförmed = anherrschten = rudoyer <sup>30</sup> tegnapi = gestrig = d'hier

### Salse dicta.

1. Tres sapientes aliquis interrogavit: «Cur amatis taciturnitatem?»<sup>1</sup> Primus sapientium, Socrates, respondit: «Iam saepe me<sup>2</sup> poenituit, quod locutus sum, sed nunquam, quod tacens audivi alios». Secundus sapientium dixit: «Stulti tacere non possunt, sed semper garriunt».<sup>3</sup> Tertius hoc responsum dedit: «Natura unum os et duas aures nobis dedit, quasi moneret, ut multa audiremus et pauca diceremus». *Car. Bóta* Budapestinensis.

2. *Thomas Bakócz* (1442—1521) archiepiscopus,<sup>4</sup> princeps primas Hungariae dixit: «Duos timeo: Omnipotentem Deum et eos, qui Deum non timeant». *G. Weisz* Bp.

3. «Sutor ne ultra crepidam»<sup>5</sup> hoc proverbium origine est Graecum, sed etiam Romanis notum erat. Nam Apelles, ille clarissimus pictor Graecus —

<sup>1</sup> szótalanság = Schweigsamkeit = se taire, garder le silence <sup>2</sup> megbántam = ich bereute = je me suis repenti <sup>3</sup> locsog, fecseg = plappern = bavarder <sup>4</sup> érsek = Erzbischof = archevêque <sup>5</sup> cipész maradj a kaptafánál! = Schuster bleib bei deinem Leisten! = cordonnier pas plus haut que la chaussure!

saeculo IV. ante Christum natum — picturas suas in aperto loco ponebat ipse autem pone<sup>6</sup> picturam stabat, ut sententias speculatorum auscultaret.<sup>7</sup> Occasione datā quidam sutor picturam positam spectans vituperavit,<sup>8</sup> quia artifex calceum<sup>9</sup> viri depicti non satis accurate depinxit. Postquam Apelles calceum correxit proposuitque picturam iterum in medio ad aspectandum, sutor alias partes picturae vituperabat. Tunc Apelles ex occulto<sup>10</sup> ad eum accessit, admonuitque benigno animo eum, ne quid aliud sutor unquam ultra crepidam iudicaret vel vituperaret.

4. Socrates moriens amico cuidam lamentanti: «Maxime doleo, quod iniustum supplicium<sup>11</sup> pateris», respondit: «Tu igitur minus doleres, si iustum supplicium paterer?» *Iul. Vattamány Úszögiensis.*

<sup>6</sup> mögött = hinter = derrière <sup>7</sup> kihallgat = erlauschen = surprendre <sup>8</sup> kifogásol = tadeln = critiquer <sup>9</sup> cipő = Schuh = chaussure <sup>10</sup> rejtekhely = Versteck = cachette <sup>11</sup> halálbüntetés = Todesstrafe = peine capitale

## G. Gárdonyi: In periculo.

Hoc carmen libere latine reddidit *Emericus Szántó* disc. Keszthelyensis.

Linter vilis, trita<sup>1</sup> in ripa Danuvii aquis tumentis<sup>2</sup> stat. Portitor<sup>3</sup> senex viatores exspectat. Sex doctores venerunt. Homines clarissimi. «Eho,<sup>4</sup> portitor, porta nos in alteram ripam!» — clamat unus ex eis iam longe. «Inscendite, domini!» — respondet portitor maturus<sup>5</sup> aevi.<sup>5</sup> Linter movetur. Lente relinquit ripam. Doctores animos hilares habent. Magnā voce loquuntur et contentionem<sup>6</sup> virium<sup>6</sup> portitoris senilis spectant.

Linter in medium<sup>7</sup> Danuvium pervenit, ubi fluctus fluminis etiam homini validissimo periculosus est. Portitor sudat.<sup>8</sup> Subito ingemiscit:<sup>9</sup> «O mi Domine, adiuva nos!» Sodalitas<sup>10</sup> docta cachinnat.<sup>11</sup> Unus ex eis portitorem interrogat: «Cur vocas Deum? Mihi crede, nullus est Deus! Tantum tales homines ignari<sup>12</sup> qualis tu es, credunt esse Deum.»

Portitor senilis nulla verba facit. Vires contendens cum fluctu celeri certat. Tum linter subito commovetur. Costae<sup>13</sup> crepant,<sup>14</sup> mox labefactatur<sup>15</sup> et aqua lintrem implet. Portitor: «Domini, — inquit — si natate potestis, natate!» Sex doctores vultu terrore eodem tempore clamant: «Vae, mi Deus, adiuva nos!»

<sup>1</sup> rozoga = abgenutzt = délabré <sup>2</sup> duzzad = schwelgen = enfler <sup>3</sup> révész = Fahrmann = passeur <sup>4</sup> hej! = he da! = hé là-bas! <sup>5</sup> élemedett = bejahrt = âgé <sup>6</sup> erőfeszítés = Kraftanstrengung = effort <sup>7</sup> középe = Mitte = milieu <sup>8</sup> izzad = schwitzen = suer <sup>9</sup> felsőhajt = aufseufzen = pousser un soupir <sup>10</sup> társaság = Gesellschaft = compagnie <sup>11</sup> kacag = laut auflachen = éclater de rire <sup>12</sup> tudatlan = unwissend = ignorant <sup>13</sup> oldalai = Seitenwände = flanc <sup>14</sup> recseg = knarren = craquer <sup>15</sup> megbillen = wird erschüttert = basculer <sup>16</sup> úszni = schwimmen = nager

## De Eduardo principe Windsorio.

Eduardus, princeps Windsorius, iratus sibi est, si in itinere gravius<sup>1</sup> affecit<sup>1</sup> homines. Aestate primā simul ultimā suae dominationis per mare<sup>2</sup> internum<sup>2</sup> navigans urbem Ragusam quoque pervenit. Adstupebant<sup>3</sup> homines conventūs internationalis, cum rex Britanniae, dominus fere orbis terrarum, in deversorio<sup>4</sup> cenabat, velut mortalis ex plebe. Igitur tempore cenandi sellae in cenatorio<sup>5</sup> omnes complebantur. Plerumque Britanni Ragusā venientes locum sibi occupaverunt. Quotiescunque rex post cenam abiit, viri et feminae adorti sunt<sup>6</sup> mensam et vasa<sup>7</sup> escaria<sup>7</sup> regis: catinos,<sup>8</sup> cultros,<sup>9</sup> furcas,<sup>10</sup> cochlearia,<sup>11</sup> pocula, mox mappas, quin<sup>12</sup> etiam<sup>12</sup> linteum<sup>13</sup> in mensa positum<sup>13</sup> quibus rex usus est, in memoriam cenae secum portaverunt. Forte ad aures regis pervenit fama et eodem vespere post epulas vespertinas assurgit Eduardus, sumit catinos omniaque vasa escaria, it ad proximas mensas et res omnes iis dono dat: «Aegre fero, dominae dominique, — ait rex suaviter ridens—vos propter me fatigare...» Postea caput benigne inclinat et discedit pudorem<sup>14</sup> eis suffundens.<sup>14</sup> Concursum illepidus<sup>15</sup> posthac non repetitur.

*Steph. Boros Mezötúriensis.*

<sup>1</sup> feltűnést kelt = Aufsehen erregen = se faire remarquer <sup>2</sup> Földközi-tenger = Mittelmeer = Méditerranée <sup>3</sup> megbámul = anstaunen = contempler avec admiration <sup>4</sup> szálloda = Hotel = hôtel <sup>5</sup> étterem = Speisesaal = restaurant <sup>6</sup> megtámad = angreifen = se précipiter sur <sup>7</sup> evőeszköz = Erzeug = couvert <sup>8</sup> tányér = Teller = assiette <sup>9</sup> kés = Messer = couteau <sup>10</sup> villa = Gabel = fourchette <sup>11</sup> kanál = Löffel = cuiller <sup>12</sup> sőt = sogar = et même <sup>13</sup> asztalterítő = Tischtuch = nappe <sup>14</sup> megsegyényit = beschämen = confondre <sup>15</sup> izléstelen = geschmacklos = disgracieux

## Rex Suecorum incognitus.<sup>1</sup>


Rex Sueciae<sup>2</sup> taeniludii<sup>3</sup> studiosissimus<sup>4</sup> est et imprimis ideo Nicaeae<sup>5</sup> commorari<sup>6</sup> solebat, ut huic lūsi in aperto<sup>7</sup> indulgere<sup>8</sup> posset. Aliquando rex in vestibulo deversorii<sup>9</sup> stabat reticulum<sup>10</sup> manū tenens, cum repente duae puellae adolescentes<sup>11</sup> Americānae hilares<sup>12</sup> eum compellant:<sup>13</sup> «Visne nōbiscum taeniam ludere?» «Libenter» — respondit rex. Et iam tertium lūdum<sup>14</sup> lūdebant, cum subito quidam ambulantes<sup>15</sup> rēgem agnoscunt reverentissimēque eum consulūtant. Puellae obstupefactae<sup>16</sup> tum<sup>17</sup> dēmum<sup>17</sup> intellexērunt, quia

<sup>1</sup> föl nem ismert = der nicht erkannte = non reconnu <sup>2</sup> Svédország = Schweden = Suède <sup>3</sup> tenniszész = Tennis(spiel) = jeu de tennis <sup>4</sup> szenvedélyes kedvelője vminek = ein leidenschaftlicher Freund = amateur passionné de <sup>5</sup> Nizzában = in Nizza = à Nice <sup>6</sup> tartózkodni = sich aufhalten = séjourner <sup>7</sup> a szabadban = im Freien = en plein air <sup>8</sup> hódolni = fröhnen = pratiquer <sup>9</sup> szálloda = Hotel = hôtel <sup>10</sup> teniszütő = das Rakett = raquette <sup>11</sup> serdülő = erwachsene = adulte <sup>12</sup> vidám = lustig = joyeux <sup>13</sup> megszólít = agreden = aborder <sup>14</sup> vulgo: set <sup>15</sup> sétáló = Spaziergänger = passant, promeneur <sup>16</sup> meglepődve = erstaunt, überrascht = étonné <sup>17</sup> csak akkor = erst dann = alors seulement

collūsor<sup>18</sup> ille esset, ērubescētēque<sup>19</sup> rēgem  
ōrāvērunt, ut ignōsceret,<sup>20</sup> quod ignōrantes, quis  
esset, eum aggredi ausae sunt.<sup>21</sup> Rex subrīdens :<sup>22</sup>  
«Video, inquit, vōs mē nōn cognōvisse, nam nē<sup>23</sup>  
semel<sup>23</sup> quidem<sup>23</sup> sīvistis,<sup>24</sup> ut vincērem.»

*Des. Dezséry Kecskemétiensis.*

<sup>18</sup> játszótárs = der Partner = partenaire <sup>19</sup> elpirul =  
errötend = rougir <sup>20</sup> megbocsát = verzeihen = pardonner  
<sup>21</sup> mer = wagen = oser <sup>22</sup> mosolyog = lächeln = sourire  
<sup>23</sup> egyszer sem = auch nicht ein einziges Mal = pas une  
seule fois <sup>24</sup> enged, hagy = lassen = laisser



## LECTORIBUS MEDIIS

### De Collegio Debrecinensi.

(1538—1938.)

Cum schola nostra, tota in Hungaria clarissima,  
Dei immortalis benignitate annum quadringentesi-  
mum celebratura sit, occasio mihi datur, ut vitae

dolo cepissent, urbs et Collegium saepe aut a Turcis  
aut a ducibus militum<sup>2</sup> conducticiorum<sup>2</sup> urgebantur  
atque exspoliabantur. Postea tamen temporibus  
tranquillioribus Collegium nostrum permultos viros  
magnos dedit patriae, in quibus sunt Michael Cso-  
konay, Franciscus Kölcsey, Joannes Arany poëtae,  
Stephanus e comitibus<sup>3</sup> Tisza, Nicolaus Horthy  
gubernator noster et multi alii. Qualis fuerit quon-  
dam vita in collegio, a Mauritio Jókay in fabula<sup>4</sup>  
romanensi<sup>4</sup> narratur, cui inscribitur<sup>5</sup> «Et tamen  
terra se movet.» In memoriam Collegii pittacia<sup>6</sup>  
quoque ab Adamo Czeglényi delineata<sup>7</sup> cursus<sup>8</sup>  
publicus<sup>8</sup> Hungaricus edidit, quorum singulis haec  
repraesentantur: 6 f.: universitas Debrecinensis  
nova; 10 f.: Collegium saeculo XVIII; 16 f.:  
discipuli maiores, qui munere vigillum<sup>9</sup> incendiis<sup>9</sup>  
extinguendis<sup>9</sup> fungentes longis baculis plumbo  
firmatis (vulgo «gerundium» nominatis), cum cam-  
pana<sup>10</sup> sonans incendium significavit, saepes<sup>11</sup> ob-  
stantes omnes prostraverunt, quo celerius rectā viā  
ad domum flagrantem advenirent (saec. XVII—  
XVIII); 20 f.: Collegium saeculo XIX; 32 f.:  
Georgius Maróth professor (1715—1744), qui de  
ratione docendi excolenda optime meruit; 40 f.:  
Stephanus Hatvani dr. professor (1718—1786), qui  
etiam «Faust Hungaricus» appellabatur.

Sint felices fortunatique anni scholae nostrae  
subsequentes, tu autem, Alma Mater, vivas, cres-  
cas, floreas!

*Ioannes Varga disc. Collegii Debrecinensis.*

<sup>1</sup> balsors = Mißgeschick = infortune <sup>2</sup> zsoldos = Söld-  
ner = mercenaire <sup>3</sup> gróf = Graf = comte <sup>4</sup> regény = Ro-  
man = roman <sup>5</sup> címe = Titel = titre <sup>6</sup> levélbélyeg =



Collegii Debrecinensis antiquae paucis verbis re-  
miniscar. Cum Collegium conderetur, patria nostra  
rebus<sup>1</sup> adversis<sup>1</sup> premebatur. Post stragem Mo-  
haciensem Turcae planitiem Hungariae occupa-  
verunt et ab anno 1541, cum etiam arcem Budam

Briefmarke = timbre-poste <sup>7</sup> rajzol = zeichnen = dessi-  
ner <sup>8</sup> posta = Post = poste <sup>9</sup> tűzoltó = Feuerwehrmann  
= pompier <sup>10</sup> harang = Glocke = cloche <sup>11</sup> kerítés =  
Zaun = clôture

## De camelopardale et duabus palmis. (2)

Scriptis: I. Kalmer. Latine reddidit Ioannes Ieney dr. Sch. P. Debrecinensis.

Ad Zinkenhofium intervallo ad quietem dato dixi: «Tu me fefellisti!»

Expalluit,<sup>27</sup> sed ceterum nihil<sup>28</sup> certi<sup>28</sup> respondit.<sup>28</sup> Quae negligentia etiam furorem mihi auxit et pittacium meum reposcebam. At Zinkenhofius redhibere<sup>29</sup> recusavit<sup>30</sup> «Mutatio est mutatio,» — dixit breviter.

— Deferam<sup>31</sup> nomen tuum — respondi aspere.

— Ita? Ad quem? — interrogavit frigide.

— Ad professorem linguae Latinae. Horā enim eius permutavimus.

— Tum aequae tu poenas dabis, atque ego.

Intellexi, tamen grave atque inhonestum meum bellicum<sup>32</sup> tormentum<sup>32</sup> exevi. Ita locutus sum: «Et si res ad directorem deferatur?»

Zinkenhof irā aestuabat.<sup>33</sup> Ego autem persecutus sum nequam,<sup>34</sup> inhoneste, scelerate, sicut homo plane associatis et crudeliter sicut pueri: «Tunc immunitatem<sup>35</sup> amittes a mercede<sup>35</sup> scholastica.»<sup>35</sup>

Scio hoc nunquam mihi licuisse dicere. Neque feci. Attamen non ideo non detuli, quia Zinkenhofius suum marsupium<sup>36</sup> pannosum<sup>37</sup> sumpsit et pittacium mihi reddidit, sed ideo, quoniam ante fenestram stans pittacium amoris plenus spectabam. Camelopardalis et duae palmae! Viride et nigrum (nisi forte erro). Tum manum in sinum vestimenti porrexi et cibum antemeridianum meum in fenestra posui: duos panes<sup>38</sup> butyro<sup>38</sup> illitos.<sup>38</sup> Prope erat pittacium Nyassense. Nunc admordere volui. Sed consequi<sup>39</sup> non potui. A tergo enim manus ad pittacium extendebatur, manus Zinkenhofii. Priusquam loqui potuissem, pittacium in duas partes discerpit. Eodem momento ingentem alapam<sup>40</sup> Zinkenhofio duxi.<sup>40</sup> Expalluit et lacrimas tam uberes effundebat, ut ab angulo oculi ad os linea profunda oreretur.

Ante eum stabam vidensque manu inopi<sup>41</sup> duas partes pittacii mihi praebentem, adeo saevus et imbecillus<sup>42</sup> eram, ut etiam ego lacrimare coepissem. Quamdiu nos unā sic plorantes steterimus, ignoro. Statim, nescio quomodo, vehementer Zinkenhofii miseruit me. Sed mei ipsius etiam magis miseritus sum. Et quia me bonum hominem monstrare volui, Zinkenhofium sic allocutus sum: «Noli flere!»

Sed id, quod volui, non consecutus sum. Tum panem butyro illitum cepi et Zinkenhofio obtuli. Quem cum ille accipere noluit, in os eius immisi. Ego vero alteram partem prehendi. Edebamus. Lacrimae in os nostrum manabant. Et panem dupliciter salsum<sup>43</sup> aegritudinis<sup>44</sup> iuvenilis non facile devoravimus. Professor Lilienthal, custos porticus, illo ipso tempore praeteriit. «Quid accidit?» — interrogavit. Ambo pleno ore respondimus: «Nihil.» Professor longius processit. At semel adhuc ad nos diffidens se convertit. (Finis.)

<sup>27</sup> elsápad = blaß werden = pálr <sup>28</sup> vállvonítás volt a felelet = zuckte bloß mit den Achseln = hausser les épaules <sup>29</sup> az üzlet hatálytalanítása = Stornierung des Geschäftes = invalidation du marché conclu <sup>30</sup> tudni de akart

róla = wollte nichts wissen von = ne voulait rien savoir <sup>31</sup> feljelent = anzeigen = dénoncer <sup>32</sup> ágyú = Geschütz = canon <sup>33</sup> forr = kochen = bouillonner <sup>34</sup> hitvány módon = gemein = d'une façon vile <sup>35</sup> tandíjmentesség = Schulgeldbefreiung = exemption des frais de scolarité <sup>36</sup> erszény = Brieftasche = portefeuille <sup>37</sup> rongyos = zerfetzt = déchiré, éraillé <sup>38</sup> vajaskenyér = Butterbrot = tartine de beurre <sup>39</sup> hozzájutni = dazu kommen = arriver <sup>40</sup> pofon üt = eine Ohrfeige geben = donner une gifle <sup>41</sup> gyámoltalan = hilflos = embarrassé <sup>42</sup> tehetetlen = ohnmächtig = impuissant <sup>43</sup> megszózott = gesalzen = salé <sup>44</sup> bánat = Kummer = chagrin

## Sutor<sup>1</sup> et filii.

Fabula Colomanni Mikszáth. Latine reddidit Ios. Guelmino Bp.

In viculo<sup>2</sup> quodam vivebat aliquando cum sex filiis sutor. Omnes erant sani<sup>3</sup> ita, ut vix potuerit tantum laborare, ut alerentur. Adest tempus, ut etiam hi laborent, cogitat ergo secum sutor. «Quid<sup>4</sup> opificis<sup>5</sup> vis fieri? — interrogavit natu maximum?» — Sutor, ut tu, carissime pater — respondit ille.

Et pater non studebat ei aliud persuadere, sed peronem<sup>6</sup> perforatum<sup>7</sup>, ponens ei in manu: «Optime, mi filii — dixit sutor —, si pedibus eris adiutor. Et quoniam quicumque binos pedes habet, nunquam vidisti sutorem fame perire. Sed nisi ad vesperum reparaveris hunc peronem, nunquam videbis talem unctionem, qualem a me et a loro<sup>9</sup> sutorio<sup>9</sup> accipies. Alumnus<sup>10</sup> tabernae<sup>10</sup> factus es, cave!»

Et filius diligentissimus erat et lente labebatur menses. Interea in mentem venit sutoris filium secundum paniperdam<sup>11</sup> singularem esse. Exclamavit ergo in aream<sup>12</sup>: «Iosephule!»

— Descendam? — interrogavit Iosephulus, qui tunc ipsum in summa moro<sup>13</sup> morabatur.<sup>14</sup>

— Sed statim! — clamavit pater iterum.

Et Iosephulus nonnullis punctis<sup>15</sup> post aderat. «Cur vocasti, carissime pater? — interrogavit eum, omni modo studens semper in conspectu<sup>16</sup> esse patris.

Sutor autem acutissimos habebat oculos et quia bracas<sup>17</sup> Iosephuli in parte posteriore lacertas esse suspicabatur<sup>18</sup>: «Converte<sup>19</sup> te<sup>19</sup> paulisper?» — inclamat ei.

Et Iosephulus miserum convertere se opus erat. Et pater cum, se bene suspicatum esse vidisset: «Oh, te furciferum<sup>20</sup>! — exclamavit et bene mulcavit<sup>21</sup> progeniem suam. — Nunc autem non

<sup>1</sup> varga = Schuster = cordonnier <sup>2</sup> falucska = Dörfchen = hameau <sup>3</sup> egészséges = gesund = bien portant <sup>4</sup> miféle = was für ein = quel <sup>5</sup> mesterember = Handwerker = artisan <sup>6</sup> csizma = Stiefel = botte <sup>7</sup> lyukas = zerrissen = percé <sup>8</sup> kenet = Salbung = onguent <sup>9</sup> lábszj = Knieriemen = tire-pied <sup>10</sup> inas = Lehrling = apprenti <sup>11</sup> kenyérpusztító = Umsonstfresser = vaurien <sup>12</sup> udvar = Hof = cour <sup>13</sup> eperfa = Maulbeerbaum = mûrier <sup>14</sup> tartózkodik = sich befinden = se trouver <sup>15</sup> perc = Minute = minute <sup>16</sup> szemközt = gegenüber = de face <sup>17</sup> nadrág = Hose = culotte <sup>18</sup> gyanít = vermuten = soupçonner <sup>19</sup> megfordulni = sich kehren = se tourner <sup>20</sup> huncut = Galgenstrick = gibier de potence <sup>21</sup> elpáhol = durchprügeln = rosser

est tempus eiulandi,<sup>22</sup> sed elige tibi opificium<sup>23</sup> quoddam! Diabolus<sup>24</sup> suat<sup>25</sup> tibi bracas!»

Iosephulus autem melius fore putavit, si sibi ipse et non diabolus suet bracas et ideo: «Sartor<sup>26</sup> esse velim» — dixit. Et sic factus est sartor filius secundus sutoris.

Et iterum labebantur menses et accidit, ut cum sutor pulcherrimos perones iudici portare parasset, filium tertium in pulvere viae volutari<sup>27</sup> videret cum quodam alumno<sup>10</sup> lignario,<sup>28</sup> omnibus viribus tendentem, ut alumnum lignarium luctando<sup>29</sup> devinceret. Irā incensus properavit ad luctantes versus, sed priusquam advenisset, publicae<sup>30</sup> securitatis<sup>30</sup> custos<sup>30</sup> quidam iam ductis<sup>31</sup> alapis<sup>31</sup> separavit eos. Quae res non impedit patrem, quominus etiam ipse nonnullos alapas nato impertiret: «Iam vides etiam tibi opificium eligendum esse. Quid vis fieri?»

— Publicae securitatis custos esse velim — respondet ille.

Et iam videt se colaphisantem<sup>32</sup> pueros ordinem viae turbantes. Et Michael vere publicae securitatis custos factus est.

Filius quartus, Petrus, tubicen<sup>33</sup> factus est, quintus caementarius.<sup>34</sup> Et quia unusquisque filiorum in opificio quodam versabatur, dominicā<sup>35</sup> pater superbus progrediebatur ad globiludium.<sup>36</sup> Superbia tanta nec magistrum<sup>37</sup> viculi<sup>37</sup> (seu: scultetum) fugere potuit.

«Ah, quam magnus dominus es» — dixit ei iudex; videns sutorem, qui salutans vix pilei marginem digito tetigit.

— Possum esse — respondet ille.

— Quomodo?

— Omnes quinque filii in opificio sunt.

— Et in quali opificio?

— Primus sutor est, secundus sartor, tertius publicae securitatis custos, quartus tubicen et quintus caementarius.

Iudex ridebat. Filii tui vere gradu<sup>38</sup> honoris<sup>38</sup> superiores<sup>38</sup> sunt.

— Omnes laborant — respondet sutor. — Et qui bene laborat, superior gradu honoris est.

Magister viculi, quasi non audisset repulsam<sup>39</sup>: «Sed tu sextum quoque filium habes?» — interrogavit.


— Ita est. Sed Andreas parvulus est adhuc et praecinctorium<sup>40</sup> matris apprehendit.<sup>40</sup> Sed tibi dico: eum plurimum mentis habere omnium existimo.

*Finis sequetur.*

<sup>22</sup> bögni = heulen = hurler <sup>23</sup> mesterség = Handwerk = métier <sup>24</sup> ördög = Teufel = diable <sup>25</sup> varni = nähen = coudre <sup>26</sup> szabó = Schneider = tailleur <sup>27</sup> hempereg = sich herumwälzen = se vautrer <sup>28</sup> asztales = Tischler = menuisier <sup>29</sup> birkózás = Ringen = lutte <sup>30</sup> rendőr = Schutzmann = agent de police <sup>31</sup> pofont ad = Ohrfeige geben = donner des gifles <sup>32</sup> pofoz = ohrfeigen = gifler <sup>33</sup> trombitás = Trompeter <sup>34</sup> kőműves = Maurer = maçon <sup>35</sup> vasárnap = Sonntag = dimanche <sup>36</sup> kuglizás = Kegeln = jeu de quilles <sup>37</sup> falu bírója = Schultheiß = le maire du village <sup>38</sup> rangos = in einem höheren Range stehen = de rang élevé <sup>39</sup> visszavágás = Zurückweisung = riposte <sup>40</sup> kötényébe kapaszkodik = sich an die Schürze halten = se cramponner au tablier

## De lyceis polonicis.

Aliquando, domina magistra,\* quae nos linguam latinam docet, primum numerum Iuventutis nobis attulit, ut nos eum cognosceremus. Magnā cum admiratione eum legebamus et cum domina magistra nobis explicavisset: «Non solum discipuli vestrae terrae in hoc periodico<sup>1</sup> scribere, sed etiam quisquis vestrum id facere potest», omnes constituimus quidquam scribere, quod Iuventute contineretur. Ego hoc, quod nobis Polonis gymnasium frequentantibus maximi momenti<sup>2</sup> est, eligo. Sed ab initio ordiendum est: quatuor anni iam transierunt a tempore, cum scholae mediae reformatae essent. Nunc in gymnasium discipulae ingrediuntur non quartā, tamquam antea, sed sextā classe scholae elementariae absolutā. In gymnasio quattuor classes sunt: I—IV classes gymnasium




Universitas Jagellonica.

appellantur, postea autem discipulae (vel discipuli) in duas classes, quas lyceum vocamus, perveniunt. Puellis, quae vel bonum testimonium<sup>3</sup> habent, vel examen fecerunt, in lyceum transire licet. Lyceum veteribus VII—VIII classibus discrepant,<sup>4</sup> nam etiam ad altiora studia, in cursu a nobis electo, praeparari sinit. Habemus enim lycea, quae ad universitatem frequentandam praeparat, et varia lycea professionum. Nos lyceum, quod ab humanitate humanisticum vocatur et in quo imprimis lingua polonica historiae docentur, frequentamus. Omnia etiam, quae antea in VII—VIII classibus (linguā latinā et franco-gallicā non absente), discimus. Nunc prima eius modi lycea creata sunt, ut annus hic tentationi destinatus esset. Censemus nunc aequē<sup>5</sup> atque<sup>5</sup> antea, secundā classe lycei absolutā, maturitatem nobis fore. Hic iuventutis Polonicae cursus studiorum est. Proximo anno vos, si licebit, de secunda lycei classe certiores faciam.

*Halina Milkówna disc. Cracoviensis.*

\* Dr. Barbara Sypniewska, cuius commentatio de itinere discipularum suarum Budapestinensi in numero I (pag. 13) edita est.

<sup>1</sup> folyóirat = Zeitschrift = périodique <sup>2</sup> jelentőség = Bedeutung = importance <sup>3</sup> bizonyítvány = Zeugnis = certificat <sup>4</sup> eltér, eltér = abweichen = différer <sup>5</sup> épügy, mint = ebenso wie = tout comme



## De monumentis antiquitatis Christianae in urbe Pécs reperitis.

Pécs, latine Quinqueecclesiae, una est ex illis urbibus Hungariae, quae antiquis rebus ac monumentis gentium variarum eminent. — Celtae traduntur aliquando hic vixisse; posthac «Pannoniam in ditionem<sup>1</sup> suam<sup>1</sup> Romani redigerunt,<sup>1</sup> et eo tempore haec inferior Pannoniae pars «Provincia Valeria» est appellata, cuius capiti<sup>2</sup> nomen erat: «Sopianae.»


Monumenta imperii Romanorum nobis permulta permanserunt, quorum maxime memoranda sunt, quae luculenter<sup>3</sup> testificantur, vitam Christianam ibi iam quarto saeculo post Christum natum viguisse;<sup>4</sup> cuius pulcherrimum testimonium est sacellum subterraneum picturis Christianis ornatum, a. 1780 prope ecclesiam cathedralem in-



ventum; a. 1922 ad partem occidentalem ecclesiae cathedralis fundamenta maioris sacelli inventa sunt. — Paucis septimanis<sup>5</sup> ante sub xysto<sup>6</sup> alia fundamenta cellae trichōrae seu tripartitae aperta sunt. Prius etiam sarcophagus lapideus hoc loco inventus est, qui cadaver alicuius episcopi<sup>7</sup> continuisse videtur. — Nunc quoque, dum haec scribimus, excavationes<sup>8</sup> procedunt et speramus fore, ut antiquitas Christiana monumentis aperiendis ornate illustrata sit.

Ladislau Bene. (Quinqueecclesiis, gymn. Soc. Iesu.)

<sup>1</sup> leigáz = unterjochen = faire la conquête <sup>2</sup> főváros = Hauptstadt = capitale, chef-lieu <sup>3</sup> egészen szépen = ganz gut = fort bien <sup>4</sup> virágzik = in Blüte stehen = fleurir <sup>5</sup> hét = Woche = semaine <sup>6</sup> fedetlen oszlopos folyosó = unbedeckter Säulengang = pergola <sup>7</sup> püspök = Bischof = évêque <sup>8</sup> ásátás = Ausgrabung = fouilles



## De filio peculatoris.<sup>1</sup>

Ex libro: «Kis diákok — nagy diákok.» Elbeszélések a diákság iskolai életéből. Irta Mátray Ferenc dr. Szeged, 1938. A Délmagyarországi Nyomdavidallalat kiadása. Pag. 160. Pretium 1.50 pengoe.

In hoc libello figurae excellenter observatae proferuntur et casus ad delectandos homines apti narrantur e vita

iuvenum scholarum. Auctor alacriter textit fabulas et nonnullis facile proiectis ductibus acute collastrat figuras suas. Vigor enarrandi, lepos in iocando et sensus gravissimus aequae tenent animos legentium.

\*

Alexander Balogh arcarius<sup>2</sup> urbis erat in urbe Újkőrös et filius eius, Iosephus, mecum frequentabat gymnasium a classe prima. Mitis, placidus puer erat, qui profecto valde laborabat, ut ad tentamen maturitatis perveniret. Ille et ego amici boni eramus haud<sup>3</sup> secus,<sup>3</sup> ac<sup>3</sup> patres nostri.

Aliquo die pater meus nuntium tristem attulit matri meae: Alexandrum Balogh propter peculatum in custodiam datum esse. Hoc incredibile videbatur utrique, noverant enim eum abhinc multis annis, exemplum erat probitatis. Non habuit perturbationes noxias<sup>4</sup> animi, vitam simplicem vivebat, ad incepta dubia non est aggressus. Intellegi non potuit, quid opus ei esset pecuniā.

Omnes obstupefacti audiebant nuntium et mille<sup>5</sup> generum<sup>5</sup> interpretationes coniectabantur,<sup>6</sup> sed res nemini perspicua esse videbatur. «Aliquis error latet — dixit pater meus. — Ex decenniis novi Alexandrum, ille non est aptus ad scelera committenda.»

Erant, qui magna cum affectatione dictarent: «En! Nunquam scimus, quid in quo latitet. Canem mutum cave!»

Modo pauci habebant animum<sup>7</sup> moralem fidemque integritatis<sup>8</sup> Baloghii, ne familiam eius in rebus desperatis desererent. Cum parentibus meis ego quoque frequentabam domum eorum et conabar animum Iosephi ad pensa scholastica attendere, sed frustra nitebar. Subito lacrimis obortis exorsus est dicere: «Quid putas, possumne ego in postero quoque scholam frequentare?»

— Eheu, Iosephe, quae mens<sup>9</sup> est haec? Tibi nunc dupliciter laborandum est in schola, ut tuis laetitiam afferas.

— Et si quis me vexabit?

— Noli putare quemquam classis tuae discipulorum tam inhonestum esse posse. Experiaris animum tuum confirmare, error patefiat.

— Non, non est error. Ipse pater meus magnam summam deesse fatetur, sed nullo modo conicit<sup>6</sup>, quo evanescere poterit.

— Mandemus hoc Deo, Iosephe, nunc modo cura, ut discas.

\*

Quod amicus meus timebat, factum est. Mos vulgatus est, ut discipuli classis octavae ante tentamen maturitatis photographiam communem faciendam curent unā cum professoribus in classe doctentibus. Quem in locum uniuscuiusque photographia veniat, non pulchritudine vel praestantiā decernitur, sed saepe iactatione<sup>10</sup> aut ambitione. De hac re disputavimus aliquo intervallo<sup>11</sup> decem

<sup>1</sup> sikkasztó = Unterschlager, Defraudant = escroc, concussionnaire <sup>2</sup> pénztáros = Kassenwart = caissier <sup>3</sup> éppen úgy, mint = ebenso wie = tout comme <sup>4</sup> káros = schädlich = nuisible <sup>5</sup> ezerféle = tausenderlei = de mille sorte <sup>6</sup> gyanít, találgat = vermuten = deviner <sup>7</sup> bátorság = Mut = courage <sup>8</sup> büntelenség = Unbescholtenheit = integrité <sup>9</sup> gondolat = Gedanke = pensée <sup>10</sup> szájjasság = Prahlerrei = vantardise <sup>11</sup> szünet = Pause = récréation

minutorum. Aliquis forte sine iudicio<sup>12</sup> nomina enumerans dicit: iuxta Balogh veniet Emericus Sipos, post illum Halász, Kerekes, et sic ordo plenus erit.

Sipos filius erat divitis mercatoris ibi habitantis, puer vaniloquus<sup>13</sup> et ferox. Voce acutā dixit: «Iuxta Balogh ne in imagine quidem sedere volo».

Arbitrabamur Iosephum Balogh, post Sipos vultu tristi in subsellio sedentem, invasurum in eum et pugno<sup>14</sup> os violantis icturum esse, sed non id est factum. Caput suum in duas manus prehendit et voce acerbissimā<sup>15</sup> singultare<sup>16</sup> coepit. Ad eum properavimus consolaturi; fuit, qui Emericum Sipos despueret, nonnulli foras extruserunt e classe. Cum professor intraret, Iosephus morti pallidae simillimus sedebat loco suo et nos attoniti spectabamus eum, nam vultus eius terribilis erat.

Domi inter cenam enarravi casum. «Impri- mis tibi curae sit post cenam, ut adeas amicum tuum, unā cum eo discas, sis apud illum ad vesperum extremum, animum eius erigas, adhorteris eum» — dixit pater meus.

Meridiano cibo sumpto collegi libros meos et properavi ad domum familiae Balogh. Sero veni. Apud cadaver miseri amici mei ululabant voce acutā mater et sorores eius. Glandem<sup>17</sup> misit<sup>17</sup> per caput<sup>17</sup>...

Horrendus dies erat ille in oppido Újkörös. Post meridiem horā tertiā divulgabatur tramen<sup>18</sup>


a Derecske veniens collisum esse prope oppidum nostrum rapido tramini Budapestinensi... innumerabiles esse mortuos et atrociter vulneratos. Inter hos erat frater natu minor arcarii in custodiam dati, qui corpore dilacerato in aedificium stationis portatus est. Ibi moriens coram testibus poenitentia<sup>19</sup> ductus<sup>19</sup> confessus est se in domo fratris natu maioris commorantem surripuisse<sup>20</sup> illius claves et summam magnam ex arca exemisse. Dein Budapestinum se petiisse paginisque<sup>21</sup> ludentem<sup>21</sup> tentasse fortunam, unde cum vicisset,<sup>22</sup> tum tramine calamitose colliso vectum referre voluisse summam surreptam. Profecto summam secum portavit. Magistratus statim certiores facti sunt de re et Alexander Balogh iam interesse poterat exsequiis<sup>23</sup> filii et fratris sui. (Finis sequetur.)

<sup>12</sup> gépiesen = mechanisch = machinalement <sup>13</sup> hencegő = prahlerisch = vantard <sup>14</sup> ököl = Faust = poing <sup>15</sup> szívet-  
tépő = herzerreißend = déchirant <sup>16</sup> zokog = schluchzen  
= sangloter <sup>17</sup> főbe lövi magát = sich erschießen = se  
brûler la cervelle <sup>18</sup> vonat = Zug = train <sup>19</sup> bűnbánóan =  
reuevoll = plein de repentir <sup>20</sup> elcsen = entwenden =  
chiper <sup>21</sup> kártyázik = Karten spielen = jouer aux cartes  
<sup>22</sup> nyer = gewinnen = gagner <sup>23</sup> temetés = Leichenbe-  
gängen = obsèques

## Hymni nationales. II. — Hymnus Batavus (a. 1568.)<sup>1</sup>


Latine reddidit Otto Schmied Vindobonensis.

(♩ = 60.)




1. Gui - lel - mus Nas - so - ven - sis Ger - ma - no san - gui - ne O -  
Ad o - bi - tum ma - ne - bo Fi - de - lis pa - tri - ae.

(♩ = 60.)



ra - ni - ae sum prin - cepti Ti - mo - re va - cu - us, His




pa - ni - en - si re - gi Huc - us - que de - di - tus.

6. Fiducia, testudo — Es mihi, Domine;  
Nam nunquam sum in metu, — Ne deseras Tu me,

Ut Dei timens semper — Minister maneam  
Et pellam dominatum — Qui laedit animam.

<sup>1</sup> Melodiam et verba carminis illustrissimus dominus prof. Mr. P. Scholten, ord. lit. acad. Amstelodamensis reg. ab actis, cui nunc gratias pro benignitate dicimus quam maximas, rogatu moderatoris edendi causa misit.





## Batavia reginam suam honorat.



Quis vestrum reginam Batavorum Guilelminam nescit? Quae quidem quadragesimum annum regni sui explens gratulationes universi mundi accepit, sed praesertim incolarum Bataviae.<sup>1</sup> Quae regina tam gravibus temporibus regnavit! Pacem, cui semper faverat, Bello<sup>2</sup> gentium<sup>2</sup> populo suo servavit semper miseris succurrens, quā potuit; illo anno

1918, cum omnis Europa seditionibus concuteretur, conatus socialistarum apud nos irriti<sup>3</sup> facti<sup>3</sup> sunt, quod Batavi eam ut veram defensorem libertatis ducerent,<sup>4</sup> et hodie in praebendo auxilio pauperibus et desidibus<sup>5</sup> invitis<sup>5</sup> omnibus anteit.

Iam decem annos nata onus gubernatorum portabat, sed Emma mater munere tutricis fungebatur, dum Guilelmina annum duodevicesimum explet. Iuventus tamen severa eam officiosorem et magis piam effecit, quam pro annis, et regina usque ad hunc diem nobis exemplum dedit principis vere Deum ut summum Gubernatorem colentis.

Lectoribus ephemeridis huius eam satis praedicare<sup>6</sup> opus difficillimum, quare potius narrare statui, quomodo populus Batavus diebus praeteritis caritatem ostenderit. Per totam aestatem diversis locis expositiones institutae sunt, quibus historia domūs illius illustrissimae de Oranien-Nassau spectatoribus monstrabatur. Summum gaudii erant dies festi singulares, quos urbs capitalis Amstelodamum reginae suae praeparavit. Per hebdomadem<sup>7</sup> Guilelmina ibi morata est; die secundo deputationes<sup>8</sup> omnium urbium oppidorumque Bataviae familiam regiam praetergressae sunt, in quibus urbs nostra Harlemum a centum puellis representabatur, quae vestibus multicoloribus in flores diversos mutatae erant.

Nemo erat, quin moveretur, cum regina propria manu taeniam<sup>9</sup> fulvam<sup>10</sup> uni ex vexillis adaptaret:

hoc enim cuique signifero in area, quae ante regiam extenditur, signum erat taeniae suo vexillo adaptandae. Hoc modo salutem gentis salutem domūs regiae penitus connexam esse declaraverunt.

Eodem die omnibus ecclesiis sollemniter Deo gratiae actae sunt. In ecclesia Amstelodami, quae Nova dicitur, ubi Guilelmina, comitantibus Julianā principissā maritoque Bernharde, ipsa aderat, primores populi ei gratulabantur. Praesertim oratio Henrici Colyn, ministri primi, summā eloquentiā erat.

Regina ipsa saepius gentem suam alloquens, die natali suo, 31 m. Augusti radiophonice iuvenes imprimis excitavit ad officium colendum, ad strenue, fortiter agendum, ad servanda bona tradita, ut iis auctoribus<sup>11</sup> tempora meliora redirent. Neque dubitamus, quin pueri puellaeque Bataviae verba illa gratis auribus acceperint.

Vivat regina nostra Guilelmina!

Soror Christiana, Harlemensis.

<sup>1</sup> Hollandia = Holland = les Pays-Bas <sup>2</sup> világháború = Weltkrieg = guerre mondiale <sup>3</sup> meghiusul = vereitelt werden = échouer <sup>4</sup> putarent <sup>5</sup> munkanélküli = arbeitslos = chômeur <sup>6</sup> magasztal = preisen = faire l'éloge <sup>7</sup> hét = Woche = semaine <sup>8</sup> legationes <sup>9</sup> szalag (lobogó) Wimpel = ruban <sup>10</sup> narancssárga = orangefarbig = orange (is est color proprius domus regiae nostrae) <sup>11</sup> adiutantibus

## Epigramma Clementis Janitii.<sup>1</sup>

*Ad pueros trocho ludentes.*

*«Ut trochus hic rapidos torquet velociter orbis,  
sic tempus, pueri, vitaeque vestra ruit;  
sed trochus ut cecidit, repetito turbine ruit:  
tempora non surgunt, ut cecidere semel.»*


Ioannes Lis Hindenburgensis

<sup>1</sup> Adnotatio: Clemens Janicki, auctor supra dicti carminis, ex gente Polonica ortus est; inter ceteros aequales studiis humanitis ac litterarum excellens vitam ab anno 1516 usque ad annum 1543 vixit.

## Caeci.

Scr. Ios. Békeffi. Libere reddidit Aem. Láng Keszthelyensis.

Caesar in cogitationibus defixus ad fenestram palatii stabat. Oculos in caelum stellatum fixit. Urbs somno altissimo premitur. Mutum silentium noctis incubat Romae. Interdum longe ab amphitheatro ululatus ferarum esurientium exauditur. Milites viā Appiā in vigiliam incedunt. Caesar



Guelmina regina cum familia (pag. 28.).

cogitationibus suis traditus crepitu armorum et strepitu pedum conturbatur. Mens eius saepius inquirebat, quid ageret, quem ad modum viveret. «Haud mihi ignotum est, quid sit pulchri — secum agitabat — sed quid veri? Id quod, «illi» praedicant? Quod si verum sit, tum dii, imperium, potentia atque vita mea tantum inanes falsaeque rerum imagines sunt.»

Dubitatio in mente animoque inhaesit, ex quo «illos» in arena amphitheatri vidit atque admirabatur animos tranquilos barbatorum senum seminudorum ac submissam<sup>1</sup> iuvenum patientiam mortis in primo flore et fortitudinem mulierum supra vires hominis excedentem. Ex eo tempore diis credere nequit deque numine Iovis dubitat. At cras, cras aequitatem animi recipiet! Clodius fide confirmabat se coram miraculum esse editurum.

\*

Dies exoptatus advenit. In atrio palatii primores urbis convaluerunt, ut miraculo Clodii interessent. A Caesare iussus aderat et Gregorius episcopus<sup>2</sup> Christianorum. Meridie tubae concinuerunt. Praeco praedicavit Caesarem testes citari iussisse, qui deos Romae esse veros deos demonstrarent.

Tympanis<sup>3</sup> sonantibus caeci a servis fulti ad tribunal Caesaris adducuntur. Veste lacerā<sup>4</sup> induti et formā miserandā miserationem omnium praesentium excitarunt. Manūs porrigentes et pedibus<sup>5</sup> iter<sup>5</sup> praetentantes<sup>5</sup> ad locum sibi designatum lente

procedebant. Ora nonnullorum vulneribus erant foedata, aliorum oculi rigeabant<sup>6</sup> vel obligati<sup>7</sup> erant, ne vulneribus taedium afferrent. Aderat et Clodius sagatus,<sup>8</sup> totus in armis, ferox et confidens. Decem caecos sollerter conquisivit. Neque Caesari neque dominis circumstantibus ullus eorum suspectus<sup>9</sup> fuit. Nutu Caesaris praecessit et altā voce incepit: «Ave Caesar, iussu tuo adduxi hos probatissimos viros. Quorum alii in proeliis pro salute Romae consertis oculis<sup>10</sup> capti<sup>10</sup> sunt,<sup>10</sup> alii autem, cum dies noctesque pro augendo imperio populi Romani laborarent, lumina oculorum amiserunt. Magne Caesar! Diis nostris egregie litavi,<sup>11</sup> qui mihi oranti annuerunt hos cives Romanos voluptate videndi iterum esse fruituros. Quod tibi, Caesar, magno documento,<sup>12</sup> Romae autem summae gloriae sit!»

Caesar ad episcopum: «Quid ad haec Gregori?»

— Redemptor<sup>13</sup> noster infinitae misericordiae docebat etiam hostes diligendos esse. Precor igitur Deum Dominum nostrum dimittat peccata Clodii, quae contra nos commiserit atque aperiat mentem tuam! — respondit episcopus.

Clodius veniam petiit, ut Iovem invocaret. Caesar annuit. Tum Clodius ad caecos versus palmas extendens sic precatur: «Iuppiter Optime, qui res hominum deorumque aeternis imperiis regis et nutu totum Olympum tremefacis, te precor, descende de summo aethere, adsis nostris caecis et coram Caesare libera eos miserā caecitate.»

Conticuit. Summum silentium. Caesar exsurgit de sella. Omnes immobiles intente expectant miraculum, quo Iuppiter suam omnipotentiam demonstret.

«Iuppiter, numine tuo afflatus sentio te praesentem adesse! — exclamavit. — Caeci! Aperite oculos, diripite ab oribus obligamenta et videbitis! Tuebimini Caesarem purpuratum, <sup>14</sup> Augustum<sup>15</sup> imperii Romani Dominum!»

Caeci, histriones<sup>16</sup> amplis praemiis cumulati oculos stupentes aperiebant. At nullus eorum vidit. Repente caligabant<sup>17</sup> oculi,<sup>17</sup> ac si crassa nebula lucis usum eripuisset. Velut mente captā oculos pugnīs<sup>18</sup> et palmis vehementer terunt. Immanis terror eos invadit. Sanguine ex ore decedente paluerunt, vox faucibus haesit. Cuius rei Gregorius nihil vidit. Pone columnam genu flectens Christum precabatur.

Clodius morae impatiens concitate perrexit loqui: «Vos repentinā felicitate conturbati esse vide-

<sup>1</sup> alázatos = demütig = humble <sup>2</sup> püspök = Bischof = évêque <sup>3</sup> dob = Trommel = tambour <sup>4</sup> rongyos = zer-rissen = en lambeaux <sup>5</sup> botorkál = herumtappen = marcher à tâlon <sup>6</sup> merevnek lenni = starr sein = être rigide <sup>7</sup> beköt = verbinden = bander <sup>8</sup> hadiköpenyben = im Kriegsmantel = en manteau militaire <sup>9</sup> gyanús = ver-dächtigt = suspect <sup>10</sup> megvakulni = erblinden = perdre la vue, devenir aveugle <sup>11</sup> áldozatot bemutatni = ein Opfer darbringen = sacrifier <sup>12</sup> tanulság = Lehre = preuve <sup>13</sup> Megváltó = Erlöser = Redempteur <sup>14</sup> bíborba öltözött = in Purpur gekleidet = vêtu de pourpre <sup>15</sup> felséges = herrlich, maiestätisch = auguste <sup>16</sup> színész = Schauspieler = acteur <sup>17</sup> sötétség támad a szemek előtt = es wird dunkel vor d. Augen = leur vue s'obscurcit <sup>18</sup> ököl = Faust = poing

mini. Colligite vos! Gaudete beātā fortunā et clamate mecum: Ave Caesar!

Illi conterriti silebant. Mox unus ex illis se movebat. Instabili<sup>19</sup> gradu procedebat, sed vestigio fallente in pavimentum<sup>20</sup> cecidit. Ceteri strepitu cadentis audito capita nunc huc nunc illuc vertebant. In caeca nocte eis repente exortā lucem, lumen quaeritabant. Audacissimus eorum, legionarius emeritus fraudem timens exclamavit: «Clodi, nefandissimum caput, quem in locum duxisti nos?! Quid mihi fecisti? Nihil video in hac spississima<sup>21</sup> caligine!»

— Ei<sup>22</sup> mihi, nunc ipsum desii videre! — eiulabat iuvenis robustus!

— Senex macer, bene<sup>23</sup> barbatus,<sup>23</sup> canis capillis lamentabatur: «Luminibus orbatus sum!»

— «Ubi est Caesar? Cur non adest nobis?»

— flebat alter facie cicatricosā.<sup>24</sup>

Caesar de tribunali descendens caecum manu prehendit et: «Age, dic — inquit — quid<sup>25</sup> hoc<sup>25</sup> rei<sup>25</sup> sit<sup>25</sup>?» Clodius accessit ad Caesarem et velut furore captus raucā voce dixit: «Domine, isti miserandi ab Christianis auro corrupti sunt.»

— Non est verum. Mentiris! — clamabant plures. — Nec ullus erat nobis usus cum Christianis. Nec quisquam eorum est nobis notus.

Qui prius ad genua procidit, a gravi casu se aegre attollens exclamavit:

«Clodius nos conduxit. Viritim duos aureos dedit nobis, ut nos caecos simularemus et signo arcano dato ita nos gereremus, ac si repente videre inciperemus.»

— Nullus fui caecus, — clamabant omnes. — Nunc nihil video! Nec ego! Neque te, Caesarem videmus! Exsecrati sumus.

Iam homines quoque congregati clamare coeperunt. Nonnulli Clodium, alii Christianos defendebant, alii postulabant, ut statim inquisitio de hac re haberetur.

— Morte puniatur episcopus, — clamabat centurio quidam voce imā, — certo ille Romanos oculis privavit.

— Est ut dicis, — vociferabatur Clodius voce scissā.<sup>27</sup> — Iste praestigiator<sup>28</sup> impedivit Iovem, quominus miraculum ederet. Hostes Romanorum bestiis obiciendi sunt.


Caesar manu significat, ut atrium derelinquat. Satellites episcopum et caecos abduxerunt.

Per Clodianos in urbe fama precrebuit decem Romanos ab Christianis occaecatos fuisse. Concitatores<sup>29</sup> in plateis plebi persuadebant, ut Christianos extirparent. Post meridiem fama fuit ab episcopo etiam Caesarem poene caecatum fuisse. Magna multitudo turbatoribus ducentibus ad palatium accesserunt, qui clamantes postulabant, ut Christiani delerentur. Considerati<sup>30</sup> se domi tenebant. Sed Caesari res iam solis luce clarior videbatur. Mens eius illuminata est.

Primo vespere praefectum legionis ad se venire iussit et: «Omnes, — inquit, — Christiani vinculis demptis e carceribus statim emittendi sunt. Praecepta et dogmata suae fidei libere doceant et verbum divinum praedicent. Res Clodii in senatu diducitur!»

— Caesar, boni et mundati<sup>31</sup> haec speravimus, — respondit praefectus gaudio commotus.

Caesar iuvenis praefecto dimoto ad fenestram



Via Appia antiqua (pag. 26.).

constitit. Oculos per urbem circumferebat. Cor eius mundum fuit, anima recipuit Deum.

<sup>19</sup> bizonytalan = unsicher = chancelant    <sup>20</sup> padló = Fußboden = parquet    <sup>21</sup> sűrű = dicht = épais    <sup>22</sup> jaj! = weh! = malheur    <sup>23</sup> nagyszakállú = großbärtig = à la longue barbe    <sup>24</sup> sebhélyes = mit Narben bedeckt = couvert de cicatrices    <sup>25</sup> mit jelent ez? = was bedeutet das? = que veut dire tout cela?    <sup>26</sup> felbérelni = dinger = engager    <sup>27</sup> rikácsoló = kreischend = strident    <sup>28</sup> szemfényvesztő = Gaukler = escamoteur, charlatan    <sup>29</sup> bujtogató = Aufwiegler = agitateur    <sup>30</sup> józan = vernünftig = raisonnable    <sup>31</sup> erkölcsös = wohlgesittet = vertueux

## Andreas Ady: Puer quidam bene notus.

Lati ne reddidit: dr. Iulianus Ágoston O. S. Bernh. Agriensis.


*Puer venit ad me nunc longe  
mortuus iam atque ridet me  
qu(i) olim fui.*

*Dulcis puer: somnians, aeger  
volitat permulcens leniter  
lectum meum.*

*Capillos albos spectat mirans,  
lacrimas fundit collacrimans  
ad oculos.*

*Puerque fabulosa nocte  
millies surgo iaceoque  
sicut olim.*

Andreas Ady (1877—1919), praeclarus poeta Hungarorum recentissimus, post vitam passionibus agitatum lacrimisque superabundantem carmina, in quibus certamine inter Deum et hominem iterum atque iterum reluctantem, deinde animum inter sanguinem et aurum iactantem cernere possimus, ab omnibus fere genibus eruditissimè translata scripsit.



Hisce diebus fatalibus novem Musarum sola Clio<sup>1</sup> mundum regebat: singulis diebus tot et tantae res gestae sunt, quibus aliās<sup>2</sup> longi anni opus<sup>3</sup> sunt.<sup>3</sup> Iam pridem diurnarii<sup>4</sup> non adeo occupati erant, qui si quid novi scripserunt, id proximā horā saepe obsoletum<sup>5</sup> factum est nuntiis recentioribus. Praeter Bohemos omnes nationes extra modum gaudent, quod bellum horribilissimum quamquam permagnis laboribus, tamen evitari potuit. Sola Russia, diabolus<sup>6</sup> Europae, aegre fert et irascitur, quod insidiae irritae factae sunt, nam dehinc et Francogalli et Bohemi amicitiam Russiae Sovieticae multo minoris aestimaturi esse videntur.

Guilelmina regina Bataviae, de qua Rev. Soror Christiana rogatu moderatoris lectoribus nostris commentatiunculam<sup>7</sup> scripsit (pag. 26.), undique ex orbe terrarum cum gratulationibus cumulata tum laudibus ornata est. Etiam Budapestini parentes, quorum liberi post bellum mundanum tot per annos in Batavia hospitalitate humanissimā frui potuerant, sollemniter tributum reverentiae ac gratae<sup>8</sup> beneficiorum<sup>8</sup> memoriae<sup>8</sup> magnae faultrici miserorum solverunt. Prima imago reginam Hagae<sup>9</sup> Comitum<sup>9</sup> in suggestu<sup>10</sup> honorario,<sup>10</sup> unde pompam militarem spectavit, cum summo praefecto exercitūs Batavi, barone Vorst tot Vorst colloquentem repraesentat, Iuliana heres regni ab laeva sedet, Bernhardus princeps pone reginam stat. In altera imagine regina sedens praelegit orationem inauguralem, quā quotannis comitia<sup>11</sup> regni<sup>11</sup> aperit (pag. 25.).

Boris rex Bulgariae iam alterum decennium regnandi explens variis sollemnitatibus celebratus est. Quantopere rex populo suo gratus acceptusque sit, imago nostra demonstrat: cives academici universitatis Sopiensis, cum rex inaugurationi novae partis aedificii interesset, post sollemnia regem umeris ad currum automobilem eius portaverunt.



**Sic transit gloria mundi!** *Benes* alter conditor et praeses Cechoslovaciae, cuius vitia ingentia effecerunt, ut patria sua Germanos Polonos Hungaros amitteret, consensu omnium abdicavit se magistratu. Eodem tempore *Eamon de Valera* primus ministrorum Hiberniae, ut imago nostra ante oculos ponit, carcerem Dublinensem, ubi a. 1916, cum pro libertate Hibernorum arma cepisset, in vincula coniectus est, adit, certe contentus, cui, dum libertatis pugnā recuperatae reminiscitur, iure in mentem venire potest illorum Vergilii verborum: «Quorum magna pars fui» (pag. 29.).

<sup>1</sup> Musa historiae <sup>2</sup> máskor = sonst = une autre fois <sup>3</sup> van szükségük = sind nötig = ont besoin <sup>4</sup> ujságró = Tagesschriftsteller = journaliste <sup>5</sup> elavult = veraltet = vieilli <sup>6</sup> ördög = Teufel = diable <sup>7</sup> cikk = Artikel = article <sup>8</sup> hálaérzet = Dankbarkeit = reconnaissance <sup>9</sup> Haga = Haag = la Haye <sup>10</sup> díszemlévény = Ehrentribüne = tribune d'honneur <sup>11</sup> országgyűlés = Landtag = parlament



**Ludi Olympici** anni 1940., quia Japonenses omnes suas vires ad bellum Sinense convertere volunt, non in Japonia, loco praestituto, sed in urbe capitali cognatorum nostrorum septentrionalium, Finno-um: Helsinki edentur. Fridericus Steinglas percussor<sup>1</sup> ille viarum<sup>1</sup> longinquarum<sup>1</sup> Helveticus iam 18 mensibus ante iter ingressus est, ut anno 1940 in Japoniam perveniret. Urbem autem Cairo ingressus maximā tristitiā affectus est, cum audiret se posse vel statim redire, quia se frustra fatigasset.

**Jenny Rammergaard** (vide imag. pag. 30.), natatrix<sup>2</sup> illa 19 annorum Danica, prima tranavit mare Balticum. Spatium illud 140 chilometrorum 40 horis et 10 sexagesimis permensa est. Iter vires eius maxime affecit et praesertim parte ultimā erat pervalidus fluctus maris contrarius. Sed tamen ad oppidum Warnemünde multitudine complurium milium gratulante tam hilariter in litus escendit, ut nihil lassitudinis in ea appareret. Directura balnearum Warnemündensis splendidissimam admissionem<sup>3</sup> nocturnam<sup>3</sup> in honorem natatricis instituit et eam invitavit, ut hebdomade proxima ibi se reficeret.

**Ignatius Moscicki** praeses Poloniae venandi studiosus anno superiore hospitio accepit gubernatorem nostrum *Nicolaum Horthy*, cui casa<sup>4</sup> lignea hospitis sui venatoria,<sup>4</sup> quae destrui portarique poterat, valde placuit. Itaque nunc praeses ille hospitalis Nicolao Horthy casam venatoriam consimili formā, sed arte etiam maiore constructam dono dedit, quae 17 metra longa, 3 metra 72 cm lata e tribus partibus constat: e vestiario,<sup>5</sup> e

<sup>1</sup> távfutó = Dauerläufer = coureur de fond <sup>2</sup> úszónő = Schwimmerin = nageuse <sup>3</sup> fogadóest = Empfangsabend = soiree de réception <sup>4</sup> vadászház = Jagdhaus = pavillon de chasse <sup>5</sup> ruhatar = Kleiderablage = vestiaire



De Valera (pag. 28.).

coqui<sup>6</sup> receptaculo<sup>6</sup> et ex atrio 37 personas recipienti. Casam illam ligneam, quae destructa magno plastro automobili vel sex plastris<sup>7</sup> capitur, 8 operarii<sup>8</sup> 6 horis construere et 4 horis destruere possunt. *Alad. Kővári, Kaposváriensis.*

<sup>6</sup> vulgo : culina <sup>7</sup> teherkocsi = Lastwagen = fourgon, camion <sup>8</sup> munkás = Arbeiter = ouvrier

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

### De lingua Volapük.


Scriptis *Carolus Flesch* Reichenavensis.

Cum adolescens sedecim annorum studiis scholasticis operam navarem in urbe Constantia ad lacum eiusdem nominis sitā, saepius domino in plateis<sup>1</sup> obambulantibus occurri, qui cum animo suo semper aliquid reputare videbatur. Erat vestitus nullo alio modo nisi amictu atro civili, barbā<sup>2</sup> alebat nasalem<sup>2</sup> et mentalem, gerebat perspicillum<sup>3</sup> lamellula<sup>4</sup> aurea circumcinctum. Virum hunc, qui erat modicā neque tamen invalidā staturā, esse Joannem Martinum Schleyer clericum, qui parochiam<sup>5</sup> resignaverat, ut opus suum linguam Volapük maiore cum otio perficeret, percontanti mihi dictum est. Discendi cupidus huius linguae grammaticam emptione illo tempore mihi comparavi, quam nunc deprompsi<sup>6</sup> multos post annos rursus ex arca, in qua oclusa placide et immota adhuc quievit. Accipite, lectores festivi, quae ex illo libello relaturus sim : Sub sententia « unam uni generi humano linguam » Martinus Schleyer nos docet inventorem linguae universalis sese factum esse e puro humanitatis amore, ne diutius vexetur mundus infinitā varietate idiomatum. Sed non solum linguam novam Martinus Schleyer invenit, scriptionis etiam rationem perfectionem sibi excogitavit et grammaticae editionis tertiae proloquium ita initiatur : « Di ráje ferbreitung unserer veltsprahe auf dem ganzen erdbále durh 11 nationalforstände und bereiz 54 veltsprahelérer ...

út jon nah yáresfrist auh di dríte auflage der grámatik und di zveite des vórterbuhes nötig ge-máht. » (1883).

De structura linguae volapükanae haec sint addita : Unumcumque signum litterale unam tantum habeat prolationem.<sup>8</sup> Adhibeat scripturae genus latinum. Fiat accentuatio terminalis verborum. Quemadmodum prolocutio<sup>8</sup> sermonis Hungarici differat a vocalisatione<sup>9</sup> Schleyeriana, paucis a me demonstratur : *a* semper ut *a* sicut in vocabulis «*már*»<sup>10</sup> et «*áfácán*»<sup>11</sup> nunquam ut in iis «*alma*»<sup>12</sup> et «*galamb*».<sup>13</sup> Sonitus *á* rejicitur ; *e* sicut Hungarice «*szék*»<sup>14</sup> non ut in vocabulo «*velem*»<sup>15</sup> quod scribendum esset : *välám*. Conduplicatio consonantium deest ; «*zásák*»<sup>16</sup> redditur volapükaliter : *jak, cs* aequae ac *c, c = z, sz = s, s* semper ut Latine. Litera *r* evitatur fere prorsus<sup>17</sup> propter Sinenses et Anglos, qui haud facile e gutture producent. Lingua Volapük nasalia non patitur.

Quod omnes linguae naturales redundarent incommodis dubietatibus, felicissimus ille Schleyer unam componere constituit linguam, cui adhaerent utilitates summae. Verum est, simplicitate declinationis aemulas vincit, minimo spatio temporis regulae et formae memoriae<sup>18</sup> mandari<sup>18</sup> possunt, nam *a-e-i* postposita indicant casus et *ob-ol-om* verbo affixa efficiunt coniugationis personas et omni numero plurali simpliciter additur littera *s*. Et est linguista volapükensis perfectissimus, quem non piget probe cognoscere duo milia vocabulorum, quae sufficiunt, ut orbis terrestris cunctae res satis designentur. Nominum et verborum multitudo e linguis Anglica Teudisca Francogallica excerpta sunt, sed pauculum transformata et aptata. Provenit ex Anglico vocabulum *cif* (Anglice chief : dux), *cil* (child : infans), e Teudisco *jad* (Schatten : umbra), e Francogallico *muf* (mouvement : motus), sed nescio originem verborum *cuk* (asinus), *lub* (minoritas), *lil* (auris), *lol* (rosa). *Nelij Flént Täl* designant : Angliam Franciam Italiam. Quomodo Hungaria denominetur, non inest in vocabulario meo, sed concinnā<sup>19</sup> compositione *Majad* exprimeretur. *Löstän* est Austria (cf. Germanice : Osten). Suffixa<sup>20</sup> et praefixa appellationum sensum variant et complent et tempora coniugationum apertius significant, similiter atque apud Hungaros Graecos Germanos.



Adiungimus dictionis volapükanae specimen in psalmo 116 : «*Pliedolsöd Sölali, o nêts valik ! lobol-*

<sup>1</sup> utca = Strasse = rue <sup>2</sup> bajusz = Schnurrbart = moustache <sup>3</sup> szemüveg = Brille = lunettes <sup>4</sup> keret = Einfassung = monture <sup>5</sup> plébánia = Pfarraamt = paroisse <sup>6</sup> elővesz = hervornehmen = sortir <sup>7</sup> kifejezés mód = Sprechweise = idiome <sup>8</sup> kiejtés = Aussprache = prononciation <sup>9</sup> prolatio vocalium <sup>10</sup> iam <sup>11</sup> phasianus <sup>12</sup> pomum <sup>13</sup> columba <sup>14</sup> sella <sup>15</sup> mecum <sup>16</sup> saccus <sup>17</sup> teljesen = gänzlich = complètement <sup>18</sup> emlékeztetbe vés = dem Gedächtnis einprägen = graver dans sa mémoire <sup>19</sup> megfelelő = entsprechend = adéquate <sup>20</sup> rag, jel = Endung = terminaison, désinence

söz Omi, o pòps valik l bi aibinom pefimöl ovè obs misalad Oma, e Sölala velat aiblibom in tenüpi. Psam tum balsemäid». Id est: «Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi: Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: Et veritas Domini manet in aeternum.»

Non fui sectator<sup>21</sup> linguae volapükanae tenax.<sup>21</sup> Mox ab illa defeci me convertens ad Anglicam. Simul ardentius sudavi in disciplina linguae Latinae, quae remanebit domina ac regina vere neutra-


4. *ariana* (Plinius), *banana*: banán — Banane — banane

5. *planities alta, campus altus*: fennsík — Hochebene — plateau

Proposuit: P. Henricus Koehler (Parecy Novo-Brasilia.)

## II.

1. *amanuensis civilis seu publicus*: államtitkár<sup>1</sup> — Staatssekretär — secrétaire d'État



Natatrix maris Baltici (pag. 28).

lis et universalis. Mortuus est Martinus Schleyer, qui propter proximam plus quinquaginta linguarum scientiam et vitae probitatem et religiositatem apud omnes erat in maximo honore. Post annum 1912, in quo obiit, evanuit<sup>22</sup> cum inventore eius lingua.

<sup>21</sup> állhatatos híve = ein standhafter Anhänger = fidèle partisan    <sup>22</sup> tűnik = verschwinden = disparaître

## Supplementa ad dictionarium neolatinum.

### I.

1. *phosphorum* (scil.: *bacillum*), *facella* vel *facula*, *friticium*, *ignifricium*, *taedella*, *flammi-ferum* (scil.: *bacillum*), *incendiculum*: gyufa — Streich- oder Zündhölzchen — allumette

2. *coffearia*: kávéház — Kaffeehaus — café

3. *vinum* (*de vite* vel: *e vinaceis*) *destillatum*: pálinka — Branntwein — eau-de vie; *vinum e solanis destillatum*: burgonyapálinka — Kartoffel-schnaps — eau-de-vie de pommes de terre

2. *orbis resonabilis*: hanglemez — Schallplatte — disque de phonographe

3. *vir civilis* (Quintilianus): államférfi — Staatsmann — homme d'État

4. *virunculus elementarius*: ábécét tanuló — Abc-Schütze — abécédaire

5. *amplificator vocalis* vel *sonorus*: hangszóró — Lautsprecher — haut-parleur, diffuseur

6. *accentus*: hangsulyozás — Betonung — accent

7. *delegatio monetalis* vel *nummaria*: csekk — Scheck — chèque

8. *seclusio*: internálás — Internierung — internement

9. *calceus ferratus*: korcsolya — Schlittschuh — patins

Proposuit: Ioannes Lis Hindenburgensis (Germania).

### III.

In periodico «*Societas Latina*» (Annus VI, fasc. II., Jun. 1938, pag. 19—24) Iosephus Holzer nomenclaturam ad vitam gymnasticam spectantem proponit. Varia artis exercitricis genera sunt: pedifolium, alsulegia (ludus «hockey»),

pilamalleus (Golf), taenisia, ars battuendi (vel gladii), ars equitandi, gymnastica, pugilatus, luctatio, ars natandi, ars tabellis decurrendi (ski), ars rodellae seu trahae. Nomenclaturā circa 250—300 vocabula continenti etiam nos in paginis «Iuventutis» utemur. In periodico «Alma Roma» (Ann. XXV, fasc. VI—VII, Iun.—Iul. 1938) idem *Iosephus Holzer* 50 vocabula rei digariae <sup>1</sup> pari sollertiā composita edit.

<sup>1</sup> Diga = currus automobilis. Unde hoc vocabulum oriatur, J. Holzer non explicat.

## Librorum recensio.

**Auswahl aus den altlateinischen Lustspielen des I. Maccius Plautus und P. Terentius Afer von Aug. Potuček.** Gymnasialdirektor in R. Reichenberg. 1937. Preis: geb. Kč 12.60. — Augustinus Potuček, qui editis selectis scriptorum infimae, mediae et recentioris aetatis Latinorum partibus optime de adiuvandis et amplificandis linguae Latinae et litterarum Latinarum studiis meruerat, nunc in usum discipulorum VII. classis gymnasiolorum Cechoslovacensium Plauti et Terentii potiores fabulas, *Mostellariam* atque *Adelphos* dico, explanavit non integras, sed decurtatas, ita tamen, ut omissarum partium lacuna, ne tenore rerum, quae aguntur, interciso intelligentia totius fabulae impediretur, brevi Germanica interposita narratione expletur.

In principio libri succinta quidem, sed perspicua atque lucida comoediae Graecae et Latinae usque ad Plauti et Terentii tempora explicatur historia, praeclariore utriusque poetae fabulae memorantur; modernae, siquae ex his originem duxerunt, notantur, ut rivulos modernarum litterarum haud raro ex Latinarum fonte emanasse appareat. Post agitur de prologis, diverbiis, argumentis, de comoediarum generibus (comoedia palliata, togata) deinde exponitur, quando fabulae actae sint, quale fuerit theatrum Romanorum; narrantur domini gregis, histriones, choragia, tibicines.

In parte secunda libri Plautini et Terentiani sermonis proprietates potiores enodantur; res metrica Plauti et Terentii exhibetur, prosodia Plauti et Terentii quantum ab Augusti aetatis poetarum discrepet, disseritur.


Ultima parte libri continentur adnotationes satis copiosae, quibus tironibus discipulis omnes fere difficultates intellegendi tolluntur adeo, ut prooemiis et adnotationibus diligenter pertractatis atque penitus cognitis ceteras Plauti et Terentii fabulas nullo praeunte magistro legere iisque delectari possint; quo quidem laudem maiorem vix cuiquam librorum veterum explanatori impertiri posse credo.

**Angelo Taccone, Euripide L'Ecuba.** Introduzione e commento. Collezione di Testi Greci. S. Lattes et C. editori. Torino. 1937. — A. Taccone in serie scriptorum Graecorum edidit Hecubam, unam ex fabulis Euripidis pulcherrimam et animi motum potenter excipientem. Textum fabulae G. G. A. Murray secutus constituit. In introductione exponit, quomodo Euripides fabulam Polyxenae et Polydori in suum usum innovaverit, deinde agit de unitate dramatis, post fabulae personarum indole et habitu adumbrato hanc fabulam primum a. a. Chr. n. 424 actam esse demonstrat. Prologi, parodus, stasimi, episodii et exodium ut fabulae tenor et perpetuitas et partium cohaerentia et conexio, quo facilius intellegantur, copiose explanantur. In summa Taccone lectionem fabulae facilem redditurus in annotationibus est prodigus, in explicationibus verborum et locutionum et rerum textui subiunctis paene nimius.

Sed fortasse melius est lectionem scaenicorum poetarum auspiciantibus praeire et viam omnibus salebris amotis munire. Hoc munere Angelus Taccone utique excellenter functus est.

**Dr. Fray Jenő:** Szemelvények Szent Jeromos leveleiből. Florilegium patristicum IV. Budapest. A Kat. Középiskolai Tanáregyesület kiadása. 1935.

In serie Florilegii Patristici quartus fasciculus complectitur S. Hieronymi epistolas selectas, quas edidit. Eugenius Fray moderator «Iuventutis» a. 1929—1934, patristicarum litterarum peritissimus, qui in hac serie partibus S. Augustini Confessionum et Civitatis Dei foras datis specimen peritiae ac sollertiā dederat illustre. Felicitur institutum esse mihi videtur in seriem Florilegii Patristici S. Hieronymi epistolas selectas insertas esse, primum, quod faciles sint lectu, deinde quod his epistolis cognoscendis Christianorum saeculorum IV et V. moribus et vitae lumen affundatur clarissimum. Ex epistolarum Hieronymi haud raro perlongarum multitudine eas, quae aptae essent, quae a discipulis legerentur, delibare, satis negotiosa erat cura. Certe E. Fray delectum epistolarum subtili iudicio instituit. Decem epistolae pulcherrimae exhibentur legendae. Epistolis praemissa est brevis de vita et scriptis S. Hieronymi commentatio ex fontibus certissimis derivata, qua discipulis omnia scitu digna suppeditantur. Ad epistolas facilius intellegendas introducuntur et brevia argumenta et explanationes res et homines illustrantes. Vocabulorum et locutionum explicationes uberrime profunduntur, ut lectionis difficultas tollatur, neve lexico identidem evolvendo legentibus taedium pariat. Verum enim vero haud ab re esse duxerim quaedam latinitatis ecclesiasticae proprietates indicare, id quod scriptoribus ecclesiasticis legendis magnopere profuturum esse mihi persuasum est. Maxime exoptandum est, ut series Florilegii Patristici (Tertullianus, Lactantius, Sulpicius Severus, Cyprianus, Salvianus et anthologia ex carminibus Prudentii, Paulini, Iuvenci carminibus confecta etc.) extendatur. *Car. Ács Bp.*



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

## Solutiones aenigmatum numeri X. anni XXII.

1. M + at + ur(n)a : Matura.
2. fine, idem, nemo, emor.
3. Sic itur ad astra, dii, I. a., ab, api (ipa), amo, dulcior; solida, CD, iit, Ti, roborā, apud, amor, ala, ait, sc. (cs).
4. Ferae : finis, eminenter, repetere, impiger, ambitio, ego.
5. Amari maior laus est, quam timeri. Non metuit mortem, qui scit contemnere vitam.

**Aenigmata recte dissolverunt:** I. In Hungaria: Ladislaus Keleti, Ladislaus Szabó, Egon Rosner (*gymn. IPEA*), Andreas et Nicolaus Mayer, Ste-

phanus Székely (*gymn. Archiepiscopale*), Susanna Zábrák (*Veresianum*), Anna Büchler (*Theresianum*), Paulus Tolnay (*Scholae Piae*) *Budapestinenses*. — Iosephus Fejes *Kaposvariensis*, Aurelia Csató *Nagykörösensis*. — II. In Germania: Guilelmus Fieber dr. *Vindobonensis*.

**Praemium sorte Susannae Zábrák, Ladislao Szabó, Andreae Mayer obvenit.**

1. *Quadratum magicum.*

1.	P	A	C	E	M	A	A	A	Q
2.	A	I				E	E	E	E
3.	C	I	V	E	S	E	E	I	M
4.	E	E				M	M	M	N
5.	M	S				R	S	S	Y

1. Quid paraverunt duces Monachi?
  2. Quid potest in tumultu eripi?
  3. Qui habitant in oppido?
  4. Quid est emptoris actio?
  5. Cui dicis istud, non est femina
- (Sed nota: duo sunt vocabula.)

O. S.


2. *Fortes fortuna adiuvat (supplendo).*

e · t	o · e	O · s	r · s
v · r	p · x	n · m	a · a
u · a	i · i	a · a	a · o
c · s	s · d	v · s	n · m
d · t	a · o	i · i	e · o

Expleto medio  
Exsistet illico  
Proverbium  
Verissimum.

O. S.

3. *Crucigramma.*



ad libram:

2. «Cum hostis instat patriae, Ad arma, cives, . . . . .!»
4. Praenomen est Germanicum Permagno duci inditum.
6. «Tacendo» est vox similis
7. Cui pax est non optabilis?
8. E nobis alter neque ego.

9. Et hic pronomen idem lego.
11. Hic summus dux est Itolorum, Qui est amicus Hungarorum.

ad perpendiculum:

1. Quis liberavit Austriam Itemque nunc Sudetiam?
2. Quid dicunt laeti Hungari A Cechis adhuc domiti?
3. Pro «docti» illud dicimus.
4. Romanus nummus minimus.
5. inversum: est pars capitis.
8. ad libram idem invenis.
10. Pro «ecce» potes dicere. Si bene vobis, iuvat me.

O. S.

4. *Pyramis.*

D	Vocalis in initio.
D D	Si dono quid, id facio.
D E E	Sed istud in convivio.
O O O O	Pro «trado» hoc invenio.

Guilelmus Fieber dr. Vindobonensis.



Nota: Lectoribus minimis: 4, mediis: 1, 2, maioribus: 3.

**Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum Calendae Decembres.**

Solutiones aenigmatum singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistolae ad moderatorem mitti possunt. Quem sibi quisque ex libris praemio dandis elegit (vide num. 1, pag. 16), scribat ad moderatorem.

**Epistolia officialia.**

Aurelia Csató. Crucigramma Tuum proxime prodibit.



Corrigenda numeri I. (Sept.): pag 13: pro «initere» lege: «itinere. — pag. 15: pro «Solutionis decim partis» lege: «Solutiones decimae partis.

I. Irsik. Macte virtute esto! Cupidus expecto novam anthologiam. — I. Varga. Quae scripsisti, paululum transformavi, nam narratio discipulis facilius intellectu est, quam dissertatio abstracta. — Em. Szántó. Nimis diligens es. Aliás narrationes cole! — D. Dezséry. Sero narrationum accepi, quare nunc demum edo. Noli omnino nostri oblivisci! Cura, ut valeas! — E. Rosner, G. Kegyes, I. Guelfino, M. Jóbórá, G. Kereszti, V. Fehér. Scripta vestra tempore prodibunt. — I. van Kecken. Novos lectores amicissime salutamus. Miraculum iam proxime edetur. Sed metrum Hellmesbergeri non intelligo. — Ceteris partim privatas litteras dabo, partim proxime respondebo.



Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum. — A Katolikus Középiszkolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)